grex xpi custodiretur. compҁhensus nomen dn̄i mira libertate & alacritate confessus. eculeo crudelissime tortus est. exin crucis suspendio migrauit uictor. Apud alexandriam. sci alexandri epi gloriosi senis. Hic post beatum petrum arrium pbrm suum. heretica impietate depravatum. & diuina ueritate conuictum. de ecclia eiecit. ac postea inter trecentos dece & octo patres. eunde in niceno concilio dampnauit. Item fortunati. felicis. cum alijs uiginti septem.

obiit dns iohēs quondā abbas n

vii	xviii	xxix xxviii	x	xxi	ii	xiii	xxiiii	v	xvi
A	B	C	D	E	F	G	H	I	K
xxvii xxvi	viii	xix	xxx xxix	xi	xxii	iii	xiiii	xxv	
L	M	N	O	P	Q	R	S	T	

Alexandrie passio sci iii. kal. marcij. B. iuliani mrīs. Is cum ita podagra constrictus eet. ut neq incedere neq stare posset. una cum euno ministro suo in sella iudici offertur. Qui camelis impositi per totam iubentur circumduci urbem. & flagris hinc inde inspectante pplo laniari. usq quo finē ipsis uerberibus sortirentur. In hispanijs sci